Universitätsbibliothek Paderborn

# Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis. ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue] docto eos digne legenti. predicanti. aut ...

Nicolaus <de Plove>

Argentine, 22. XI. 1494 - 1495

Dominica decimaq[ui]nta post trinitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31214

Visual Library

dei ad peccandū vtunť. Nam multi abun/
dant diuitijs.ſꝫ eas nō in vſus pauperū ſꝫ
hiſtrionū exponūt. Alij habent fortitudi/
nē.ꝛ hij ſiūt paupeꝝ oppreſſores .ꝛ fortitu/
dinē ſuā ī ſeruicio dyabolico ꝯſumūt. Alij
optima habēt ingenia et facūda eloq̄a. Et
hij ſunt in iudicijs calūniatoreſ. Cōtra q̄s
loquiť multa Gre.xxxij. Moral'.tractans
illud Job.xl. Huic mōtes herbas ferunt.
dicens.ꝙ tales q̄ diuitijs praua conanť ꝯ
deū ſuis bñficijs pugnāt. Et idē expꝛſſius
ponit in omelia. Cū audieritiſ ſeditiones.
Vñ hij ſunt ſil'es cuculo.q̄ q̄ꝺdiu eſt pulꝰ
fouetť in nido ꝑ quādā auē. ſꝫ cū fuerit ad/
ulta ipē ſuā nutricē occidit et deuorat. Et
Seneca li.iiij.de bñficijs narrat de q̄dam
milite naufrago.q̄ ꝑ viginti dies fuit apō
quendaꝫ nobilē optime tractatꝰ.ſꝫ ipē po/
ſtea accedēs regē Philippū macedonē. eū
crimine peſſimo accuſauit.ꝛ eiꝰ bona a re/
ge ſibi impetrauit. Nihilominꝰ tñ rex com
periēs eius ingratitudinē.eū cauterio in/
ſigniri in facie fecit et ſuis bonis ſpoliauit
Sic faciet deus ingratis . Nos ergo cha/
riſſimi.ꝛc.

Dominica decimaq̄nta poſt trinitatis. I
Sermo. CXII

NEmo poteſt duo
bus dñis ſeruire. Math.vj. Si
cut ait Gre. ſup Ezech. Omel'.ix.
Nemo poteſt in vna eadēq3 re omnipotenti
dño atq3 eiꝰ hoſtibꝫ gratꝰ exiſtere. Nam do
ſe amicū denegat q̄ eiꝰ placet inimico. Hec
ille. Et reuera ſic eſt. Nam iuxta Jacobuꝫ
in ſua canonica. Qui voluerit amicus fie/
ri hꝰ mūdi.ꝯſtituiť inimicꝰ dei. Nec imme/
rito. Sūt enī iſti duo dñi multū inuicē cō
trarij.ꝛ nūq̄ꝫ pñt hr̄e vnanimē voluntateꝫ
Juxta illud.ij. Cor.vj. Que cōuentio xp̄i
ad belial.lucis ad tenebras.ſancti ad canē
Quaſi di.nulla. Et ob hoc nemo p̄t vtriq3
iſtoꝝ ſimul ſeruire ꝛ placere.eo ꝙ volūtas
hois ꝑ amorē ſuū cū ſit ſimplex quocunq3
ſe vertit.totaliter ſe vertit. Vñ dicit Ma/
ximianꝰ poeta. Non facile eſt animū tantis
inflectere rebus. Ut res oppoſitas mēs fe/
rat vna duas. Cum igiť mūdus iſte ſit cō/
trarius deo cum ſua auaricia.eo ꝙ diſtra/
hit ſeruos xp̄i a ſeruicio ſuo.patet ꝙ meri/
to xp̄s econtrario diſſuadet homini auari

ciā.ſcꝫ inq̄ntū vult ſibi digne ſeruiri. Nam
alias nemo poteſt ei placere nec libere ſer/
uire qui auaricie ſeruit. Dicit enī Iſidorꝰ
li.ij.de ſummo bono.ca.xlj. Non poteſt ad
contemplandū deū mens eſſe libera.q̄ de/
ſiderijs hꝰ mūdi et cupiditatibꝫ inhiat. Cu
ius ratio eſt ſcḿ ipm̄.q̄a alta nō poteſt con
ſpicere oculus quē puluis claudit. Licꝫ aūt
oīa pctā ſeruis xp̄i ſatis dure ſint prohi
bita.eo ꝙ oīa impediūt ī ſeruicio dei ſer/
uos eius.nihil tñ ita ſeruis xp̄i ꝓhibetur
ſicut auaricia. Quia ſcḿ Iſidoꝝ vbi ſupra
Nullū pctō peior eſt auaricia. Vñ per Sa
lomonē dr̄. Nihil ſceleſtius q̄ꝫ amare pecu
niā. Hic enī ꝛ animā ſuā venalē hꝫ.q̄m in
vita ſua ꝓiecit intima ſua . Propter quod
ſcḿ ipm̄ ipſa eſt omnium criminū mater.
Vñ et aplus ait. Radix oīm maloꝝ eſt cu/
piditas.quā q̄dam appetētes errauerūt a
fide. Et q2 ſcḿ Iſidoꝝ. Si ſuccidituꝛ ra/
dix nō pullulāt cetere ſoboles pctōꝝ. Jdo
xp̄s volēs ſeruos ſuos ab auaricia retra/
here in euangelio p̄ſenti dicit. Nō poteſtis
deo ſeruire ꝛ mā̄mone. Hoc eſt enī ſeruire
duobus dominis adinuicē cōtrarijs.qui/
bus nemo poteſt ſeruire. vt dicunt verba
noſtri thematis in principio euangelij.

Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. In
q̄bꝫ verbis xp̄s premunit ſuos fideles.ex/
hortando ad vnicū ſuū ſeruitiū.retrahen/
do eos ab amore hꝰ mūdi. Et q̄a quicquid
eſt in mūdo.aut eſt cōcupiſcentia carnis.
Et ſic eſt pctm̄ luxurie.aut cōcupiſcentia
oculoꝝ. Et ſic eſt pctm̄ auaricie.aut ſuper/
bia vite. Et ſic eſt pctm̄ vane glie. Ad que
tria reducunť oīa genera vicioꝝ ſcḿ tri/
plicē ꝯcupiſcentiā.vt dicit Thomas ſcōa
ſcōe.q.lxxvij.ar.v. Sūt aūt iſta tria q̄ſi cau
ſa omniū pctōꝝ.ad quas ꝯfluūt alie paſſi/
ones ſeu affictiones. Scḋm h̄ igiť in his
verbis notať difficultas ſeu impoſſibilitaſ
ſeruiēdi deo.ꝛ huic triplici vicio. Hoc eſt
enī duobꝫ dñis ſeruire.ſcꝫ deo et mundo.
qui illo triplici vicio dominatur in cordi/
bus pctōꝝ. Et quia xp̄s ex eodē fundamē
to prohibet ſollicitudinē ſupfluā illoꝝ que
diſtrahūt mentē ſeruoꝝ xp̄i.ꝛ inuoluūt eā
curis ſupfluis.ſicut in euangelio deducit
de ſollicitudine ciboꝝ.potuū.veſtimētoꝝ
et ſic de alijs. Ideo etiā circa materiā p̄e/
ſentē erit conſideratio noſtra de ſollicitu/
dine huiꝰ mūdi. Scḋm h̄ igiť in ſ̄bieiſt

ammonet quilibet vt vni deo ꝛ nõ pluribꝫ
ſeruiat. Sũt aũt ſeruientiũ damnabiliter
tria genera hominũ. d̃ qbꝫ h̃ ꝯſiderabimꝰ
Nam ſunt ſeruiẽtes mundo. vt cupidi et
auari. quoꝝ ſollicitudo eſt in cõgregando
tempalia. Secundi ſunt ſeruiẽtes dyabo
lo. vt ſupbi et tumidi. quoꝝ ſollicitudo eſt
in appetendo ſublimia. Tertij ſunt ſeruien
tes corpori ꝓprio. vt guloſi et luxurioſi. q̃ꝝ
ſollicitudo eſt in experiendo ſuauia et dele
ctabilia. Et hij om̃es male ſeruiũt. Et q̃m
diu ſic ſeruiũt iſtis dñis. licet fingãt ſe etiã
deo ſeruire. damnabiliter et pniculoſe ſerui
unt. Unde merentur a ſaluatore audire.
Nemo poteſt duobꝫ dñis ſeruire. Ac per
h̃ neceſſario cõcludit̃ ꝙ ſunt alij q̃ ſeruiũt
deo laudabilit̃. vt electi ꝛ ſcti. iuſti ꝛ ꝟtuoſi
fideles et deuoti. quorum ſollicitudo ẽ in
amore dei et proximi feruida.

Dixi primo ꝙ ſeruientes dã
nabiliter ſunt q̃
ſeruiũt mundo vt cupidi ꝛ auari. quorum
ſollicitudo eſt in cõgregando temporalia.
de q̃bꝫ dñs dicit. Nõ poteſtis deo ſeruire.
efficaciter et meritorie. et mãmone. i. auari
cie amanti diuitias. Graue eſt iſtud ſerui
tium. Dicit enĩ Grego. xiiij. libro Moral.
Peccatũ auaricie mentẽ quã infecerit ita
grauẽ reddit vt ad appetenda ſublimia at
tolli nõ poſſit. Uides q̃ñ graue ſeruiciũ
eſt auaricia. Non eſt aliq̃s ita obnoxius et
illiber in ſeruitute ita dura q̃n vtiq̃ ſerui
endo dño ſuo poſſit aſpicere celũ. Hoc tñ
non pmittit ſeruitoribꝫ ſuis auaricia. De
q̃bꝫ dr̃ in pſ. Oculos ſuos ſtatuerũt decli
nare in terrã. Nec mirũ. Oculi enĩ talium
ſunt mũdane poſſeſſionis puluere reſper
ſi. quia ſemp terrenis inhiant ꝛ ad terram
reſpiciũt. De q̃bꝫ dr̃ Prouerb. xvij. Oculi
ſtultoꝝ in finibꝫ terre. Non dicit. in finibꝫ
celi. Unde gloſa ſup illud. Mane aſtabo.
dicit. Non videt qui temporalibꝫ adheret
Ideo Petrus de lapiaria in tractatu de
oculo morali dicit. ꝙ ipſi ſunt ſicut talpe. q̃
in terra bñ vident ſed in luce nihil. Habẽt
enĩ non oculos veros ſed ſigna tñ oculo
rum. Similiter auari apparent in mundo
ſapientes circa terrena. ſꝫ circa celeſtia ſũt
ſtulti. Unde Luce. xvj. dr̃. ꝙ filij huius ſe
culi prudentiores ſunt filijs lucis in gene
ratione ſua. Sed iſta ſapientia non eſt dei
ſed mundi. animalis et dyabolica. Ex quo
patet ꝙ q̃mdiu auarꝰ ſollicitus eſt circa tẽ
poralia. non poteſt ꝯſiderare celeſtia gau
dia. Cuius ratio eſt. qꝛ ſicut iterpoſitio ter
re inter ſolem ꝛ lunã cauſat ecclipſim lune
ita interpoſitio terrenoꝝ inter mentẽ ho
minis et deũ cauſat cecitatẽ mentis. Unđ
Pſ. Supcecidit ignis et non viderũt ſo
lem. Ex quo patet ꝙ auaricia non eſt aliud
niſi cecitas horrẽda. Unde Augꝰ. in libro
de doctrina chriſtiana. Auarus eſt cecꝰ cre
dendo. diues eſt nõ videndo. Et ſequitur.
Amas pecuniã quã nũq̃ȝ videbis. cecꝰ poſ
ſides. cecus moriturus es. q̃d poſſides h̃
relicturus es. Sed vnde hec cecitas ĩ aua
ro. Rñdeo ſm Augu. ſuper pſ. xcviij. ſer
mone. vij. Non aliũde niſi ex defectu amo
ris dei. Nam ſm ipm. Qui deũ non amat
non videt eum. Ama ergo ꝛ videbis. O q̃ȝ
graue eſt iſtud ſeruitiũ in quo hoïes amit
tunt oculos. Sicut Sampſon in labore
Philiſteoꝝ Judicum. xvj. Ideo li. de ele
moſyna dicit Augꝰ. Erras et falleris qui
te diuitem putas in hoc ſeculo Audi dñm
in Apoc. dicentẽ. Dicis quia diues ſum et
nullius egeo. et neſcis quia miſer es et nu
dus et cecus. Et vere magna cecitas nõ vi
dere turpitudinem ſuam et damnũ ſuũ et
periculũ grauiſſimũ. Auarus enĩ ſimilis
eſt ydropico. qui q̃nto plus abundat hu
more inordinato. tanto plus ſitit. et tanto
magꝭ bibit donec moritur. Sic vt ait Au
guſtinus libro. iij. queſtionuȝ euangelij. q.
xxix. Quanto auarus eſt copioſior in diui
tijs q̃bꝫ non vtit̃. tanto ardentius alia con
cupiſcit. Hec ille. Unde ſemp eſt in ꝯtinua
ſiti. q̃d eſt maximũ periculũ et grauis pena
Secũdo magnũ damnũ auari eſt eſſe ſi
milem inferno et ardere ad inſtar inferni.
Nam ſm Auguſtinũ in ſermone de timore
Infernus q̃ntoſcũq̃ȝ deuorauerit nũq̃ȝ di
cit. ſufficit. vel ſatis eſt. Sic auarꝰ. Si enĩ
ſm Auguſtinũ in libro de ſalutaribus do
cumentis Om̃es theſauri ꝯfluxerint ĩ aua
rum nunq̃ȝ ſatiabit̃. Et in hoc auarus eſt
deterior qualibet crudeli beſtia. que vtiq̃ȝ
ſatiatur. Unde Auguſtinꝰ libro q̃nto đ ver
bis domini. ſermone. ij. Nichil nobiſcum
tollimus et rapimus. Q ſi aliquid tollere
mus. nonne homines viuos voraremus.
Que eſt iſta auiditas concupiſcentie. cum
ipſe belue habent modũ. tunc rapiunt qũ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſuriunt. parcũt vero prede cum ſenſerint
ſatietatem. Inexplebilis eſt ſola auaricia
diuitũ. ſemper rapit et nunꝗ̃ ſatiatur. nec
deũ timet nec hominẽ reueretur. non pa/
tri parcit nec matrẽ agnoſcit. nec fratri ob/
temperat. nec amico fidem ſeruat. viduam
opprimit. puſillis inuidens. et liberos in
ſeruitiũ reuocat. et falſum teſtimoniũ pro
fert. res mortui occupat. quaſi etiam et nõ
ipi ꝗ hoc faciunt moriantur. Hec ille.

B Sed diceres. tamen inueniun/
tur quibꝫ ſuppetunt ad voluntatez eorum
facultates. Ad hoc ego reſpondeo ꝙd fal/
ſum eſt. Nam q̃mdiu ſunt auari ſunt infer
no ſimiles. quia deeſt eis tam quod habẽt
ꝗ̃ quod non habent. Unde dicit Hiero/
nimus in epiſtola ad Paulinuz. Certe nõ
eſt aliquis ita ſtultus ſeruus qui vult ali/
cui ſeruire de continua egeſtate. quod ta/
men facit auarus. Tertiũ magnũ damnũ
eſt auaro eſſe in continuo laqueo et in te/
naci fiſco. Dicit em̃ Auguſtinus libro. ij. d
verbis domini. ſermone. iiij. Amor rerum
terrenarũ fiſcus eſt ſpiritualiũ pennarum
Ecce concupiſti heſiſti. Et in libro de ele/
moſyna dicit idez Auguſtinus. Auare pe
cunie tue captiuus et ſeruꝰ es. cathenis ꝛ
vinculis cupiditatis alligatus es. et quez
iam ſoluerat chriſtus. denuo vinctus eſt.
Et Chryſoſtomꝰ omelia. ix. ſup Mattheũ.
Qui pecunie ſeruit et p̃ſentibus compedi
bus conſtringitur et futuris paratur. Ue
re magna vincula. magni compedes ſem/
per eſſe in timore perdẽdi. in dolore amit/
tendi. vt dicit Iſydorꝰ libro tertio de ſum
mo bono. capitulo. xxiiij. Unde Auguſti/
nus ſuper primaz canonicam Iohannis.
Omelia. ix. Auaricia cum labore amatur
impleſti domũ. timent latrones. acquiſiſti
aurum perdidiſti ſomnũ. deus ſine labo/
re amatur acquiritur et tenetur. Hec ille.
Quarto magnũ periculum incurrit aua/
rus. quia animã ſuam venalẽ exhibet pro
vno obulo. Iſtud enim eſt pactũ auaricie
cũ homine. vt ſi vult accipere denariũ det
animam. Iuxta illud quod dicitur Gene/
ſis. xiiij. Da mihi animas. cetera tolle tibi.
Sic fecit Iudas qui pro triginta dena/
rijs dyabolo dedit animã. Unde Auguſti
nus in quodam ſermone dicit. Auarꝰ an/
teq̃m lucret ſeipſum perdit. et anteq̃m ali/
quid rapit. rapitur ſolus. Quod lacius in
libro de ſalutaribus documentis proſeq/
tur dicens. Omniũ malorũ cupiditas ra/
dix eſt. Cupidus enim animã ſuã venalez
facit. Si enim inueniet tempus vt concu/
piſcat alicuius aurum aut argentũ aut ve/
ſtes pulcras. aut mulierem pulchram. pro
nichilo perpetrat homicidiũ. Et ſicut qs
effundit aquaz in terram ita iſti ſanguinẽ
proximi ſui. Hec ille. Iſtud patet d Achab
rege. de quo dicit Iſidorus libro de ſum/
mo bono. capitulo. xlj. Qui appetitu cupidi/
tatis ſue homicidiũ perpetrauit in illo bo
no viro Naboth. De quo habetur. iij. Re/
gum. xxj. Quintũ periculum graue eſt aua
ro. quia ſeruiens pecunie ſeruit cuidã ydo
lo. et ita eſt i rei veritate ydolatra. De quo
Ozee. viij. dicitur. Argentum ſuum et au/
rum ſuũ fecerunt ſibi ydola vt interirent.
Unde apoſtolus veraciter appellat auari/
ciam ydolorũ ſeruitutẽ. Ad Ephes. qnto.
Ubi gloſa dicit. Qui illũ auarũ dicit ydola
tram cuius deꝰ nũmus eſt. Talis em̃ nũ/
mũ adorat et colit vt deũ. Diligit em̃ eum
plus ꝗ̃ ſe. Unde auarus dicitur ydolatra
ſcd̃m Horram ſuper epiſtola. ad Ephes.
qnto. Ideo quia cultũ deo debitũ ydolo
impendit. Ipſe enim carius aurũ inſpicit
q̃z ſolem. Quod patet in quatuor. Primo
qa impendit ei diuinam amiciciaz. Unde
magis diligit tenebras q̃z lucez. Ideo Ec
cleſiaſtici. x. dicitur. Nichil iniquiꝰ q̃z ama
re pecuniam. Secũdo impendit ei diuinã
obedientiã. Citius enim currit pro num/
mo ꝗ̃ pro deo Eccleſiaſtes decimo. Pecu
nie obediũt omnia. Tertio impendit ei di/
uinam confidentiã. Confidũt em̃ in virtu
te ſua et in multitudine diuitiaꝝ ſuaꝝ glo
riant. Cõtra quos Iob. xxxj dicit. Si pu
taui aurũ robur meũ. ꝛ obrizo dixi fiducia
mea. Quarto impendit ei diuinam reuerẽ
tiam. vt hic. Nõ poteſtis deo ſeruire ꝛ mã/
mone. Hec ille. Propter ꝙd dicit Auguſti
nus libro. iij. contra epiſtolã permeniani.
Qui non potuit in diuinis eloquijs quicꝗ̃
auaricia accuſari q̃z vt ydolatrie demõſtra
retur equalis et eius nomine appellet. Hec
ille. Non eſt aliqs ita ſtultꝰ qui ſciens ter/
ram vel lapidem. vel aliquid hmõi coleret
illud pro deo et ſibi diuinos exhiberet ho
nores. et tamen pudet dicere ꝙ chriſtiani
ſcientes et credentes corde ꝛ profitentes
ore. nõ aliũ deũ eſſe verũ q̃z prẽm et filium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et ſpūm ſanctū. nihilominus adorant ter/
ram vilem. ſcʒ aurū ⁊ argentū. Nam ſcōm
Bernhardū aurū nihil aliud eſt niſi terra
rubea. et argentū terra alba. que ſolus er/
ror hominū et non valor eoꝝ fecit eſſe pre
cioſa. Item de hoc ꝙ amor omniū aliaꝝ re
rū ꝑter deum eſt ydolatria Dionisius lib.
iiij. de diuinis nominibꝫ caplo. iiij. circa me
dium ¶ L ¶ Sed videamus de ſollici
tudine auarorū. de qua dicit Eccs. ij. cap.
Cuncti dies eius laboribꝫ et erūnis pleni
ſunt. nec ꝑ noctē mēte requieſcit. Propter
quod dicit idem modicū poſt. ꝙ peccatori
auaro dedit deꝰ afflictionē ⁊ curā ſuꝑfluaʒ
vt addat et congreget. Hanc ſollicitudinē
deſcribens Innocenciꝰ qrtus libro ꝑmo.
de vilitate humane conditionis. cap. xiij. di
cit. Currunt et diſcurrūt mortales per ſe/
pes et ſemitas aſcendunt montes. tranſcē
dunt colles. tranſuolant rupes. peruolant
alpes. tranſgrediunt foueas. ingrediūtur
cauernas. rimant viſcera terre. profunda
maris. incerta fluminis. opaca nemorum.
inuia ſolitudinis. exponūt ſe ventis ⁊ ym/
bribus. tonitruis et fulminibꝫ. et fluctibꝫ ⁊
procellis. metalla cudunt et conflant. lapi/
des ſculpunt. ligna ſuccidunt ⁊ dolant. te/
las ordiunt et texunt. veſtes incidunt ⁊ cō
ſuunt. edificant domos. plantant ortos.
colunt agros. paſtinant vineas. ſuccendūt
clibanos. extruunt molendina. venantur
piſcant ⁊ aucupant. meditantur. recogitāt.
cōſiliantur et ordinant. querelant ⁊ litigāt
diripiunt et furant. mercantur ⁊ cōtendūt
et preliantur vt opes congerant. honores
acquirant. queſtus multiplicent. et lucra
ſectentur. Hec ille. Sed certe hec omnia
vana ſunt. ſicut dicit Eccleſiaſtes. ij. Dete/
ſtatus ſum omnē induſtriā. id eſt. ſollicitu
dinē meā. qua ſub ſole ſtudioſiſſime labo/
raui. habiturꝰ heredē quē ignoro vtrū ſa/
piens vel ſtultus ſit futurꝰ. ⁊ dominabit i
laboribꝫ meis. in qbꝫ deſudaui ⁊ ſollicitus
fui. Et eſt quicꝗ̄ tam vanū. Hec ille. Cer/
te magna vanitas qa bona auaroꝝ ſepiſſi
me alieni diripiunt ⁊ inde laute viuūt. Vñ
bñ ꝑ pſalmiſtā dr. Theſaurizat ⁊ ignorat
cui cōgregabit ea. Et eſto ꝙ veniant i ma/
nus filioꝝ legitimorū. adhuc perpetuari
nō poſſunt diuitijs. Quia dicit Auguſtinꝰ
libro qrto omeliaꝝ. Omelia. iij. in ꝑncipio
Quā curam geris filioꝝ vt eos obruas la

crimis miniſtroꝝ. Non eſt hoc filios ama
re ſed potius necare. Et ſequitur. O qnti
quibus hereditas dimittitur. et poſtea ad
penuriam rediguntur. Hec ille.

¶ D ¶ Dixi ſecundo ꝙ ſunt qdaʒ ſuiētes dya
bolo. vt ſuperbi et tumidi. quoꝝ ſollicitu/
do eſt in appetendo ſublimia. De q̄ ſeruitu
te dr. ij. Petri. ij. A quo qs victus eſt eiꝰ et
ſeruus eſt. Ergo qui ſe a dyabolo ſupera/
ri ꝑmittunt dyaboli ſerui fiunt. Vnde Ro/
manoꝝ. vj. dr. Serui eſtis eius cui obedi/
ſtis. Iſta ſeruitus eſt peſſima. Nā ſeruire
illi malū eſt q̄ me continue querit occidere
a ſūmo bono ſubtrahere. et ad penas eter
nas adducere. Iſte eſt dñs qui nō dat re/
quiem. die ꝑſentis miſeric. et nocte future
tenebroſitatis. Hieremie. vj. Seruietis
dñs alienis qui nō dabunt vobis requieʒ
die ac nocte. Et certe ſic eſt. quia ſuꝑbi nūc
ſunt apud bonos homines ludibrio et ob
probrio. et tandem in futuro confundent
in iudicio. Et ideo ſm Auguſtinū lib. xiiij
de ciuitate dei cap. xiij. Valde periculoſuʒ
eſt iſtud viciū. eo ꝙ nullū eſt viciū cui ma/
gis diuina lex reſiſtat ſicut ſuperbie. et in
quo magis dominandi ius ille ſuperbiſſi/
mus ſpūs habeat ſicut in iſto. quia de ipo
dicit. Ipſe eſt rex ſuꝑ omnes filios ſuꝑbie
Job. xlj. Propter quod vt dicit idem Au/
guſtinus in libro de natura et gra. ca. xxix.
Iſtud vicium dr iniciū omis peccati. quo
niā ſm ipm dyabolum a quo extitit origo
peccati. ipa deicit. et ſubſequente inuiden/
tia hominē ſtantē vnde ipe cecidit inde ſub
uertit. Hec ille. Et eſt multum notabile ꝙ
dr ſuꝑbia eſſe iniciū omis peccati. quia ſm
ipm in libro de ſalutaribꝫ documentis. et
idem Auguſtinꝰ in epla ad quendā comi/
tem. Nullū peccatū eſſe potuit aut poteſt.
aut poterit eſſe ſine ea. Nec ſolum eſt prin
cipium peccatoꝝ alioꝝ ſed etiā et finis. vt
dicit Auguſtinꝰ. Quia poſtq̄ʒ omes virtu
tes acquirunt ſuꝑbia ſola ſuꝑueniens in/
ſidiatur eis. vt pereant. vt dicit Auguſtinꝰ
in regula. Ex qbꝫ ego infero tria mirabilia
documenta. Primū eſt ꝙ nullum peccatū
poteſt eſſe ſine ſuꝑbia. nec ſine ea cōſūma/
ri. Iſtud patet ꝑ Auguſtinū in li. de ſaluta
ribus documentis. vbi dicit. Nihil aliud
eſt omē peccatū niſi dei contemptus quo

eius p̄cepta contemnim⁹. et hoc nulla res
alia ꝑſuadet homini niſi ſupbia. Unde de
ſuperbia naſcunt̄ hereſes. ſciſmata. detra/
ctiones. īuidie. ire. rixe. diſſenſiones. contē
tiones. ambitiones. elationes. verboſita/
tes. vanitates. inquietudo. mēdaciū. Ecce
q̄ño ſupbia eſt principiū peccatoꝝ. Sed
q̄ño eſt finis dicit Aug⁹. in li. de vera inno/
centia. caplo. lxxxij. Hoc primū vicio ſupe
ratus eſt homo. hoc vltimo vincit. Cū em̄
oīa peccata ſuperauerit manet periculū
ne bene ſibi mens cōſcia in ſe potius q̄ȝ in
deo glorieт. Ex quo ſecūdo infero ꝙ nihil
magis impedit ꝑfectiōem hominū in ſan/
ctitate et bonis operibꝫ ſicut ſuperbia. Pa
tet ꝑ Auguſtinū ſuper ps. lviij. ſermōe. vbi
dicit. Superbia non permittebat hominē
ꝑfici. nihil em̄ perfectoꝝ ſic īpedit niſi ſup/
bia. Et poſt pauca. Cum em̄ quiſq; bene
profecerit. ſuperbia temptat̄ vt perdat to/
tum quod profecit. Propter quod ſubdit.
Et cū omnia vicia in malefactis cauenda
ſint ſuperbia in bene factis plus metuēda
eſt. Hec ille. Ex quo tertio ſubſequitur ꝙ
curata ſuperbia curata ſunt omnia vicia.
Iſtud patet per Auguſtinū ſup Iohānē
ſermone. xxvj. vbi dicit. Cura ſuperbiam
et nulla erit īiquitas. Ex q̄uo ipe Auguſti
nus infert ꝙ xp̄us principaliter deſcendit
humiliatus in mundū. ad curandū ſuper
bie morbū. vt eo curato oīa curarentur.
Unde ipſe ibidem dicit. Ut ergo cauſam
omniū morboꝝ curaret in ſuperbia deſcē/
dit et humilis factus eſt filius dei. Et li. iij
de verbis domini ī ſermone quarto dicit.
Medicina tumoris hominis humilitas
chriſti. Et infra. Ut ſanaretur tumor ſu/
perbie dignatus eſt deus humilis fieri.
Hec ille.

¶ Quantum autem deteſtabilis ſit iſta
ſeruitus dyaboli. patet ex pluribꝫ. Primo
nanq; ex eo q̄a excecat hominem. Magna
certe cecitas nō cognoſcere quid ſit ſupra
hominē. q̄d ſit infra hominē. q̄d circa ho/
minē. ymo q̄d ſit met homo. Nō em̄ inſpi/
cit ſupbia ſupremā p̄mioꝝ affluentiā. re/
colendo illam iocunditatē que nobis pro
mittitur in celis. De qua dicit Pſalmiſta.
Uidebo celos tuos opera digitoꝝ tuoꝝ
ꝛc. Expertum eſt ꝙ ille qui eſt in profūdo
putei vel fontis in meridie videt ſtellas. ſi/
cut probat Alchindus in ſua perſpectiua.

Et tamen ille qui ſtat in mōte alto eas nō
videt. Sic qui ſtat in profundo humilita
tis bene conſiderat celeſtia. qui aūt in mon
te ſupbie non videt neq; conſiderat. Unō
de ipis ſuperbis dicit̄ Daniel. xiij. Declia
uerūt oculos ſuos ne viderent celū. Non
videt etiam ſuperbꝫ q̄d ſit infra hominem
ſcȝ infernū et penas. Conſuetū eſt ꝙ q̄ nō
bene preuidet de puteo faciliter cadit ī ip/
ſum. Sic ſuperbus qui non preuidet pe/
nas putei infernalis faciliter cadit in eas.
Et ideo ſibi dicit̄ in Pſalmo. Uerūtamē
oculis tuis conſiderabis. et retributionē
peccatoꝝ. que eſt in inferno. videbis. Et
nō eſt dubiū q̄n ſi hoc ſepe viderēt homi/
nes. a ſuperbia reſilirent. Iuxta illō Naū
tertio. Qui videt te reſiliet a te. Superbꝫ
etiā non videt quid ſit circa ipm. q̄a alter
hō. ſcilicet proxim⁹. quē ipe inuidendo ſp
nititur cōculcare. Nam vt dicit Auguſtin⁹
ſuper Geñ. libro. xj. caplo. ij. Superbia ē
amor ꝓprie excellentie. Inuidentia vero eſt
odium felicitatis aliene. Amando ergo q̄s
excellentiam ſuā. neceſſe eſt vt paribꝫ inui/
deat ꝙ ei coequant̄. Inferioribus vero ne
coequentur. Superioribꝫ vero quia eis
non coequat̄. Ex quo ego infero ꝙ omnis
ſuperbus eſt inuidus. ſed nō oīs inuid⁹
eſt ſuperbus. vt dicit Auguſtin⁹ libro. iij. d̄
verbis dñi ſermone. xvj. Non videt inſup
ſeipm. Non eſt aliquod ita glorioſum ſer/
uitiū. ita vtile. ita nobile. in quo homo vel/
let ſeruire ꝙ obliuiſceret̄ ſui. et ſeipm non
noſceret. Et tamen ſic eſt de ſeruitio ſup/
boꝝ quo ſeruiūt dyabolo. Oēs enim ſu
perbi negligunt conſiderare perfecte qua
les ſunt. q̄a ſi conſiderarent quales ſūt. ne
q̄uaq; ſupbirent. Uñ dicit Bernhardus
ſup cantica. ſermone. iij. cap. vij. De igno/
rantia tui venit in te ſuperbia. Sic enim
ſuperbia parit ſibi ignorantiā cui cum me
lior q̄ȝ ſis deceptrix tua cogitatio te eē mē/
titur. Hec quippe eſt ſupbia cum maior es
in oculis tuis q̄ȝ apud deū. Hec ille. Ex q̄
pȝ ꝙ p̄ma radix ſupbie eſt ig̃rātia ſui. Uñ
Auguſtin⁹ li. ij. contra Manicheū diffinit
eam. Superbia eſt q̄ñ deſerto ſecreto con
ſciētie. foris vult homo videri quod nō eſt
¶ Scdo iſta ſeruit⁹ eſt deteſtabilis. quia
ſpreto deo nobiliſſimo dño in ſeruit eſſe li
ber homo. q̄ tñ quicq̄d habet ab ipo habz
Nec vult recognoſcere ꝑ ſubiectiōem illud

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

habere a deo ſed a ſeipō. Unde Aug⁹. in
li. de ſpū et lr̄a. dicit. Supbia eſt cum ſibi
quiſq̄ pſidet. ſeq̄z ſibi admirandum caput
facit. Recte ergo vt ait idem Auguſtinus
libro. xiiij. de ciuitate dei cap. xiij. Super/
bia dicit̄ eſſe appetitus pꝓrie excellentie ſeu
puerſe celſitudinis appetit⁹ Unde ſuperbi
ſcḋm ſcripturas appellant̄ ſibi placētes. Bo
nū eñ eſt ſurſum hr̄e coꝛ. non tamē ad ſe/
ipm̄ quod eſt ſupbie. ſed ad deū q̄d ē obe/
diente. que nō niſi humiliū poteſt eſſe. Et
quo ille ibidem cōcludit. Et ex quo elatio
eo ipſo quo ſurripit ſubiectiōem deo et ca/
dit ab illo quo nō eſt quicq̄z ſuperius. et h̄
fit inferius. et per conſequēs meret̄ eo ipſo
deiectiōez. Sicut ait Pſalmiſta. Deieciſti
eos dum eleuarent̄. Non dicit. Cū eleua/
ti fuerint. ſed cū eleuarent̄ tunc deiecti ſūt
ipſum q̄z extolli. non extolli ſed deici eſt.
Hec ille.

F

Sed diceres. Domine ego miroꝛ q̄
vos predicatis de ſupbo homine q̄ appe/
tit extolli ſupra deū. cum tamen nō eſt ita
aliquis fatuus qui hoc appeteret quod ſcit
impoſſibile. Ex q̄ eñ impoſſibile eſt homi
nem eſſe deū. multo magis impoſſibile eſt
ipm̄ foꝛe ſupra deū. Ad quod ego reſpon/
deo. Non mireris frater chariſſime. Nam
iſta iam facta ſunt. et adhuc predicta fieri.
Igitur et hodie poſſibilia ſunt. Iam eñ
fuerunt aliqui qui oīno negabant deū.
Sicut in ps. dr̄. Dixit inſipiens in coꝛde
ſuo. non eſt de⁹. Aliqui dicebant ſe deos.
Sicut dicit pꝓpha de repꝛobo quodam q̄
dixit in coꝛde ſuo. Deus ego ſum. Itē Lu
cifer voluit eſſe ſimilis altiſſimo. Itē Adā
et Eua voluerunt eſſe ſicut dij. Item de
antichꝛiſto dicit apoſtolus q̄ extolletur ſu
pra omne quod dicit̄ deus. aut quod coli/
tur. Ecce habes hic q̄ homo appetit eē ſu/
pra deum. quare miraris q̄a dixi q̄ ſuper/
bus appetit eſſe ſupra deum. Hoc eñ non
aliter fit niſi q̄n homo vult aduerſus dei
voluntatē viuere. Quid eñ aliud eſt eē ſu
perbū ſcḋm Hieronimū in epl̄a niſi aduer/
ſus eius voluntatē viuere a quo ipm̄ viue
re accepiſti. et ipi⁹ pcepta deſerere q̄ ideo ali
quid imperat vt cauſam habeat remune/
randi. Hec ille. Tertio deteſtabilis eſt
iſta ſeruitus eo q̄ ſubdit hoīez infeliciſſi/
mo dn̄o. q̄a dyabolo. q̄ pꝓpter eius pctī de/
foꝛmitatē et fraudis venenoſitatem dicit̄

ſerpens antiqu⁹. Nō eſt ita fatu⁹ q̄ de mag/
na mercede vellet ſe ſubicere ſerpēti ad ſer
uiendū. cū ſemp eſſet in piculo ꝛ in ꝯtinuo
metu ne ab eo veneraret̄. Ps. Uenenum
aſpidū ſub labijs eoꝝ. Videam⁹ iā de ſol/
licitudine peſſima h⁹ vicij. q̄m difficilibus
laboꝛib⁹ acq̄rit̄. Nūc eñ p ſudoꝛes. nūc p
fatigas. nūc p vulnera. p patrimonij effuſi
onē. p amicoꝝ ꝯfuſionē aliq̄ in altū aſcen/
dūt. Multi ſtudēt et ſollicitant̄ plurib⁹ an
nis vt adipiſcant̄ honoꝛes. ꝛ tū poſtq̄z fue
rint eos adepti. alijs ocioſis q̄ de eis nihil
cogitauerūt dimittūt. vt dr̄ Eccs. ij. Ex q̄
ꝯcludit idem Eccs h̄ eſſe vanitatem ꝛ ma
gnum malū. Et ꝓc malū. Nam mōtes quo
altioꝛes aut arboꝛes eo mag̃ vētis pulſā
tur. Foꝛmica q̄mdiu eſt in fouea bene hz.
ſed ſi aſſumit alas et volat ab hirundine
deuoꝛat̄. Colūba q̄mdiu eſt in cauerna et
foꝛamine ſuo tuta eſt. ſed poſtq̄z in altū vo/
lat ab accipitre rapit̄. Hoc ſenſit ille rex
Antiochus. j. Machab. vj. cum dixit. Re/
ceſſit ſomnus ab oculis meis. ꝛ coꝛrui pꝛe
ſollicitudine. et dixi in coꝛde meo. In q̄s
fluctus turbationū deueni.

G

# Dixi tertio

q̄ ſunt quidā ſer/
uientes coꝛpoꝛi p
pꝛio. vt guloſi et laſciui quoꝝ ſollicitudo ē
in expiendo dulcia et ſuauia. De quib⁹ di/
cit̄ Roꝝ. xvj. Et huiuſcemodi non ſeruiūt
deo ſz ſuo ventri. Et ad Philipp. iij. dicitur
Quoꝝ de⁹ vēter eſt. Hec eſt viliſſima ſerui
tus hr̄e coꝛpus pꝛo deo. Cum dicit Sene
ca. Maioꝛ ſum et ad maioꝛa nat⁹ ſum q̄m
vt fiam mancipiū coꝛpoꝛis mei. Si ergo
paganus noluit hr̄e coꝛpus ſuū pꝛo domi
no. valde deteſtabile eſt q̄ xp̄ianus ipſum
colat pꝛo deo. Quod fit cum ei diligentiſ/
ſimā curā adhibet. nūc cibādo. nūc potan
do. nūc diſſoluēdo ad ludos. ad iocos. ad
laſciuiā. ad oīa q̄ appetit ſibi obediendo. et
ei⁹ volūtatē implēdo p oīa. ſic ſeru⁹ dn̄i ſui
Quō āt deteſtabile ſit iſtō viciū. pz ex trib⁹
Primo. quia multa alia vicia ſecum tra/
hit. Sicut patet de illo patre heremita.
cui optio fuit data ad eligendum int̄ tria.
ſcꝫ inter adulteriū. homicidium. ꝛ ebrieta/
tem. q̄ credens ebrietatē minoꝛē elegit in/
ebꝛiari. Quo facto occidit hoſpitē et adul/
teratus eſt cum vxoꝛe eius. Propter quod
dicit Augu⁹. libꝛo. iiij. de baptiſmo contra

donatiſtas. Gula in quo fuerit ſola eſſe nō
poterit. Et libro q̄rto ad ſacras virgines
dicit. Ebrietas omniū flagitioꝝ mater eſt.
turbatio capitis q̄z. ſubuerſio ſenſus. tem
peſtas lingue. procella corporis. naufragi
um ſanctitatis. Secundo deteſtabilis eſt
ſeruitus. quia nunq̄ poteſt ei ſatis fieri.
Dicit em̄ Ambroſius ſermone de ieiunio
Male domine ſeruitur gule. que ſemp ex/
petit et nunq̄ expletur. Tertio deteſtabi/
lis ē i hoc. quia q̄nto plus ei ſeruit et dili/
gentius reficitur. tanto plus ſuū ſeruito/
rē penis remunerat. Nam ex magna eda/
citate ciborū corpus morbis. podogra. ci/
rogra. paraliſi. ⁊ alijs morboꝝ generibus
inficitur. et vltimo ad mortem deducitur.
Sicut probat Ipocras in amphoriſmis
Et ponit de conſe. diſtinc. q̄nta. Ne tales.
Et idem probat Hieronimus in quadam
epiſtola ad Iuuenalem. De ſollicitudine
vero iſtoꝝ nō eſt neceſſe dicere. cum ſalua
tor eoꝝ ſollicitudinē exprimat in euange/
lio dicens. Nolite ergo ſolliciti eſſe dicen/
tes. Quid comedemus aut quid bibemꝰ.
Quaſi di. Ex quo vitā a me habetis. ſpe/
rare debetis ꝙ qui dedi vitā dabo ⁊ eſcam
Sed poſt hec om̄ia reſtat videre de ſerui/
tute dei. cui ſeruire eſt laudabile. Nibil em̄
deus vult ſibi ex noſtra ſeruitute proficere
ſed tm̄ nobis. Quia iuxta Pſalmiſtā Ipe
bonoꝝ noſtroꝝ nō indiget. Legitur enim
de Alexandro ꝙ omnia que ſibi ex preda
veniebant ſuis militibꝫ dabat. Quo facto
ſic allexerat ad ſe ſeruos vt om̄es ꝓ eo mo
ri beatū crederent. Multo autem maiora
dona dat xp̄s. quia bona nature. fortune.
gratie. et glorie. Quibꝫ finaliter dicet illud
Matthei. xxv. Euge ſerue bone et fidelis.
Et ſequitur. Intra in gaudiū domini tui
Debet autem eſſe ſeruitꝰ multum ſollicita
vt homo ſollicite prouideat qualiter i om
nibus ſe deo promptū exhibeat et ne eius
offenſam incurrat. ij. Thimo. ij. Sollicite
cura teip̄m probabilē exhibere deo. opera
riū inconfuſibilem. Et Michee. vj. Indi/
cabo tibi o homo quid ſit bonū. ⁊ q̄d deꝰ
requirat a te. Utiq̄ facere iudiciū et dilige
re miſericordiā. et ſollicitū ambulare cum
deo tuo. Debꝫ etiā eſſe ſollicitus ne quoq̄
a deo recedat. Unde Deutronomij. iiij. dz
Cuſtodite ſollicite animas veſtras. Debꝫ
inſuper eſſe ſollicitus reſpectu proximi, vt
eum ad honorem dei viuere inſtruat et in
terduꝫ de malo corrigat. Iuxta illud Ro/
manoꝝ. xij. Qui preſt in ſollicitudine. ſ. pre/
ſideat. Ut autē melius ſciamus q̄nta ſolli
citudine ſeruiendū eſt deo. Sciendū bre/
uiter ꝙ tūc ſollicite deo ſeruiemus ſi iſtas
ſeptem conditiones habuerimꝰ. Primo
em̄ debemus ſeruire reuerenter cū timore
reuerentie. Iuxta illud pſalmi. Seruite
domino in timore. Tūc em̄ gratū eſt ſer/
uitium quando cū timore exhibet. Sc̄do
fideliter. Matthei. xxv. Euge ſerue bone
et fidelis. Tertio ſingulariter. j. Reguꝫ. vij
Preparate corda veſtra domino. et ſeruite
illi ſoli. Quarto integraliter. Ioſue. xxiiij.
Seruite ei perfecto corde atq̄ veriſſimo.
Quinto vnanimiter. Sophonie. iij. Ser
uient ei vno animo. Sexto alacriter. Ps.
Seruite domino in leticia. Septimo ſin
ceriter et pure Luce. j. Seruiamus illi in
ſanctitate et iuſticia coram ip̄o. In primo
deficiunt ſuperbi. quia nō ſeruiunt reuerē
ter. vt patet in lucifero. et ideo eiectus eſt d̄
celo. ꝙ ſi illis nō pepercit. quomodo pecca
toribꝫ parcet. In ſecūdo deficiunt auari q̄
non ſeruiūt fideliter. vt patet in diuite. ⁊ in
venditoribꝫ ⁊ in emptoribꝫ quos eiecit de
templo. In tertio guloſi q̄ non ſeruiūt ſin
gulariter. q̄a ſeruiūt etiā ſuo ventri. In q̄r
to iracundi qui nō ſeruiūt veraciter ⁊ vna
nimiter. q̄a ira impedit animū. In quinto
accidioſi q̄ non integraliter. q̄a voluntate
non facto. In ſexto inuidi. q̄a nō alacriter.
eo ꝙ dolent de bono alioꝝ. In ſeptimo lu/
xurioſi. q̄a non ſinceriter. vt patet in filio
prodigo. Nos igitur fratres ſeruiamꝰ do/
mino deo noſtro ita ſollicite et reuerenter
quatinus pro tali ſeruitio mereamur per/
cipere coronā eternā. Ad quā nos perdu/
cat q̄ ſine fine viuit. ⁊c̄.

## Dn̄ica decimaq̄nta poſt trinitatis. II
## Sermo. CXIIII

Q Uerite primuꝫ re
gnum dei et iuſticiā eius. ⁊ hec om
nia adijcient vobis. Matthei. vj.
Qm̄ vt ait Augꝰ. Inquietū eſt cor hominis
donec requieſcat in deo. Nec miꝝ. q̄a vt di
cit Gre. Anima nō ad aliud q̄z ad deū ap/
petendū et habenduꝫ facta eſt. Quicquid

# Dnica decimaquinta poſt trinitatis

ergo minus eſt deo. ei non ſufficit. Ideoꝗ
ducet illuc agitatur. et ab vnaquaqꝫ re faſti/
dio repellente remouetur. Hec ille. Ex quibꝫ
patet ꝙ totū deſideriū humanū circa tem
poralia occupatū. perfecte ſatiari non po/
teſt ſi deū nō inquirit. quo habito habentur
oīa. Dicit enim Auguſtinus ſuper Iohā/
nem ſermone. xix. Deus tibi totū eſt. Si
eſuris panis eſt. ſi ſitis aqua tibi eſt. ſi i te/
nebris es lumen tibi eſt. ſi nudus es imor
talis tibi veſtis eſt. Et ibi de multis alijs
humanis indigentijs que enumerat Au/
guſtinus concludens finaliter ꝙ omnia illa
ſine deo nulla ſunt. et ꝙ ille qui deū habꝫ.
oīa iſta habꝫ. Sine eīn deo oīa dulcia
amara ſunt. eo ꝙ ſine eo omnis copia in/
opia eſt. vt dicit idem Auguſtinus ſuper ps.
xxvi. Quicqͥd mihi preter deū eſt dulce nō
eſt. Quicqͥd mihi vult dare dominus deus
meus auferat totū. et ſe mihi det. Hec il/
le. Patet ergo ꝙ q̇ deū inquirendo diligit
oīa ſecū habet. Nam ſicut dicit Chryſ.
ſuper illud ps. Inquirentes aūt dominū
non deficient. Cum diligamus deū oīa in
ipo reperimus. vnus eſt qui queritur. ſed ipſe
eſt in quo oīa continentur. Hinc eſt quod
idem exclamando dicit. O lucrū mirabile
o compendiū ſingulare. cur nos ꝑ diuerſa
fatigamus. ad ipm ergo vnanimiter feſtine/
mus. poſt quem cūcta bona vltra nō que/
rimus ſed tenebimus. Hec ille. Merito ergo
ſaluator noſter nobis perſuadet primum
querere regnū dei et iuſticiā eius. qꝛ oīa
bona tempalia nobis adijcientur ſi ipm ſolū
habuerimus. vt dicūt verba noſtri thematis.
In quibꝫ verbis tria ponuntur. Primo nā/
ꝙ ſaluator hortatur nos ad ſtrennuitatē ope
ris et laboris. Cū dicit. Querite primum.
Secūdo proponit immenſitatem merce/
dis. cū dicit. regnū dei. Tertio ſubiungit
copioſitatem ſubſidij. cū dicit. Et hec om/
nia adijcientur vobis.

A

Dixi primo ꝙ in verbis ꝑmiſ
ſis ſaluator hor/
tatur nos ad ſtrēnuitatem boni operis et
laboris. cum dicit. Querite primum. Ac ſi
dicat. prius querite eterna qꝫ tranſitoria.
Et quia iſta non poſſunt haberi ſine labo
re ſtrennuo. ergo querite. Si enim panis
corporalis non poteſt manducari ſine ſu/
dore vultus, vt dicitur Geneſ. iij. Quāto ma

gis conſolatio celeſtis non poteſt haberi
ſine ſtrennuitate laboris. ido querite. Nō
enim datur denarius diurnus. qui vtiqꝫ eſt
vita eterna. niſi pro labore diei et eſtus. vt
dicitur Matthei. xx. Ideo querite. non quo
cūqꝫ ordine. ſed ante oīa. Ideo additur.
Querite primū. id eſt. prius. alias eſt prepo/
ſterus ordo ſi prius carnalia qꝫ ſpiritualia.
prius temporalia q̄m eterna queſieritis.
Nam q̄mdiu ſic queretis non inuenietis.
Iohannis. vij. Queretis me et non inue/
nietis. Si aūt queritur toto corde inuenietur.
Hieremie. xxix. Queretis me et inuenietꝫ.
Tria aūt ſunt que ſunt attendenda circa hꝫ
vt quis querens deū et regnū celeſte inue
niat. ſcilꝫ tempis oportunitas. querende
rei precioſitas. et modi querendi qualitas
Iſta tria incitant hominem ad querendū.
De primo dicit Iſaias. lv. caplo. Querite
dominū dū inueniri poteſt. Ecce oſtendit
tempus congruū. vnde dicit. Dum inueniri
poteſt. Inuocate eū dū prope eſt. Quādiu
ſumus in hac vita. habemus tempus congruum
querendi dominū. Nūc eīn eſt tempus acce/
ptabile. nūc dies ſalutis. vt dicitur. ij. Cor.
vj. Propter qͩ ait dominus per prophetam
Iſaie. xlix. Tempore accepto exaudiui te.
et in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Notāter
dicit apoſtolus et propheta de die. non aūt
nocte. vt innuat tempus preſens. qͩ eſt tem
pus gratie. eſſe congruū ad querendum ſa
lutē tam reſpectu preteriti qꝫ reſpectu fu/
turi temporis. Nam in veteri teſtamento
erat nox. Sicut apoſtolus approbat Roma.
xiij. dicens. Nox preceſſit. id eſt. vetus lex.
dies aūt appropinquauit. ſcꝫ gratie. in qua
ortus eſt ſol iuſticie chriſtus deus noſter q̇ illumi
nat omnē hominē venientē in hūc mūdū.
et calefacit. qꝛ ipo veniēte charitas dei dif
fuſa eſt in cordibꝫ nr̄is ꝑ ſpm̄ſanctū. q̇ da/
tus eſt nobis. tāqꝫ ignis ardens ꝛ nō ꝯſu
mēs. Hic de eo ſaluator ait. Ignem veni
mittere in terraꝫ. et qͩ volo niſi vt ardeat.
ſupple tm̄. ꝛ nō ꝯſumat. Nō eīn ꝯſumit cor
da. ſed ꝑficit in dilectōe in patria. Hic ali/
bi ꝓpheta dicit. Ignis eſt in ſyon ꝛ caminus
in irl'm. Dies etiam dr̄ ꝑſens tempus grē re/
ſpectu futuri tpis. qͩ erit tempus iudicij fi/
nalis qn̄ obtenebrabitur ſol miſcdie. ꝛ luna
non dabit lumē ſuū. qn̄ impij in tenebris
ꝯticeſcent. vt dr̄. j. Regꝫ. j. qn̄ impij mittentur
in tenebras exteriores. Matth. xxij. De q̇

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tempe ſaluator dicit. Ueniet nox i q nemo opari pt Joh. ix. Propter qd ſuadēs dicit Dum lucē habetis credite in lucez vt vos tenebre nō comphendāt. Joh. xij. Ac ſi diceret ſm aplm. Dum tps habetis operamini bonū. Nūc ḡ eſt temp9 ꝯgruū. qa ad inſtar diei lucidū qntum ad intelligentiaz celeſtiū. eo ꝙ multa nobis lucent. et preſertim ſol xps q continue lucet nobis per doctrinam pdicationis. Sicut ipe de ſe ait. Quādiu ſum in mūdo lux ſum mūdi. Johānis. ix. Hoc eſt dicere. vſqꝫ ad ꝯſumationē ſcli Math. vltio. Ecce ego vobiſcū ſuz vſqꝫ ad ꝯſumatōez ſcli. Eſt etiā ꝯgruū. qa ad inſtar eſtatis calidū. Nam ignis noſter deus eſt. ⁊ ideo tps querendi dnm anteqꝫ abundet iniquitas ⁊ refrigeſcat charitas multoꝝ. Math. xxiiij. Ait igit querite dnz. ſicut florē in eſtate. q in hyeme inueniri nō poteſt Cantic. ij. Ego flos campi. Flores eni donoꝝ ⁊ gratiaꝝ ⁊ virtutū nūc apparuerūt in terra nra. Nam hyems tranſijt frigiditatis cordis. Querite ſicut ſolē in die non in nocte qn inueniri nō pōt. In nocte eni qſiuit dilecta que de ſe ait Cantico. iij. In lectulo meo qſiui p noctem quē diligit aīa mea. Sed quid ei accidit. ſubdit. Queſiui ⁊ nō inueni illū. vocaui ⁊ non reſpondit mihi. In nocte querūt eu; omēs q adhuc manent in deſiderijs pcti. vt dicit glo. ordina. ibidē. Sed a taliter querētib nō inueniť. qa p noctez nō p diē queriť. Quod verbū tractās Bern. ſup cantica ſer. lxxv. dicit. Nūc temp9 acceptabile nunc dies ſalutis ſunt temp9 plane querendi ⁊ inueniendi qn plerūqꝫ et anteqꝫ inuoceť adeſſe ſentitur. Sicut ipe ait. Anteqꝫ me inuocaueritis ego dicam. ecce aſſum. Hoc confiteť Pſalmiſta. cū dicit. Deſideriū paupeꝝ exaudiuit dns. preparatōez cordis eoꝝ audiuit auris tua. Hec ille. Ecce vides ꝙ ſolū deſideriū ⁊ ſolā preparatōez etiā anteqꝫ ore inuoceť exaudit de9. Uere igitur dies ſunt modo ſalutis. qn quilibet q petit accipit. q querit inuenit. q pulſat aperitur ei. Non erit tale temp9 poſt hanc vitā. vbi diues petit aque guttā iam fere mille qdringentis triginta octo ānis ab Abrahā qm qꝫ pijſſimo. nec tn exauditur. ſed audit ſibi dici. Recepiſti bona in vita tua. Luce. xvj. quaſi ſibi diceret. vita iſta i qua modo es. ſcꝫ tormentoꝝ. non eſt vita. recipiendi ſeu merendi bona ſed patiendi mala. Tu aūt in vita tua. tibi videlicet ad merendū conceſſa recepiſti bona nature ⁊ fortune. et habuiſti in tua volūtate recipe bona grē. ⁊ ſic mereri bona glie. Sic et ille virgines fatue mendicantes a ſapientib oleum. audiunt eis dici. Ne forte non ſufficiat nobis ⁊ vobis. ite potius ad vendētes et emite vobis. Ipſe eedem pulſantes ad hoſtiū ſponſi iam cum prudentib conuiuantis clamāteſqꝫ vt aperiatur eis. dici ſibi audiunt. iuſtum quidem ſed terribile verbum a ſponſo. Neſcio inquit vos. Mathei. xxv. Sed cur nō exaudiunť a conſodalibus. ⁊ a ſpōſo non cognoſcuntur. niſi quia vt ait euangeliuz media nocte venerant. Propter qd dicit Bernhardus vbi ſupra. Quam tibi ſomnias puenturā facultatē veniam promerendi. cum iam temp9 tranſijt miſerēdi. Et poſt pauca. Ergo nunc tempus acceptabile et aptum ad querendū. in q plane qui querit inuenit. Si tn vbi et vti oportet queriť. Hec eni vna eſt cauſa que impedire poteſt ne inueniatur ſponſus a querētibus. cum nō querunt in tempore oportuno. Hec ille. B C

De ſecūdo ſcꝫ querende rei precioſitate quā debet attendere querens. dicit ſaluator Mathei. xiij. Simile eſt regnum celorū negociatori querenti bonas margaritas. et theſauro abſcondito in agro. quem qui inuenit homo abſcōdit. et pre gaudio illius vadit et vendit vniuerſa que habz ⁊ emit agrum illū. Et que eſt ſpecioſior margaritha qꝫ regnum celorū. cuius hō neſcit pciū. qꝛ nō ſūt ꝯdigne paſſiōes h9 tpis ad futurā glaꝫ Roꝝ. viij. Quis pcioſior theſaur9 regno celoꝝ. i q ſūt oēs theſauri ſapie ⁊ ſcie di abſcōditi Col. ij. Omib ḡ poſtpoſitis qrēda ē margaritha iſta ⁊ iſte theſaur9. vt vbi ē theſaur9 tu9 ibi ſit ⁊ coꝛ tuū. Mat. vj. Taliter qſiuit eū aplus cū alijs. q dicit. Nra ꝯuerſatio i celis ē. q. d. vbi theſaurus nr. ibi ⁊ coꝛ. qa. Ubi amoꝛ. ibi ocul9. Sed qd ē dandū p theſauro tā pcioſo ⁊ p margaritha tā electa. Certe oīa q hꝫ hō negociatoꝛ fidelis dni ſui. cui dictū ē. Negociamini dū venio. Omia ḡ dabit. qꝛ oīa p xpo deſpiciet vt chriſtum lucrifaciat. vt dicit apoſtolus. Si eni dederit homo omnem ſubam domus ſue p dilectione. ſcilꝫ dei. qſi nihil deſpiciet eam. Canticoꝝ. viij. Omia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam dabit q̄ hȝ. qui ex toto corde. ex tota
aīa. z ex omnibꝫ viribus ipm̄ ſoluȝ diligit.
Unde dr̄ Luce. x. Et Math. xxij. Hoc eſt
em̄ in toto corde querere deū. Juxta illud
ps. In toto corde meo exquiſiui te. Quid
ergo ſi plures regnū celoꝝ nō inueniūt. q̄
nō dico omnē ſubaȝ ſed nec aliquid d̄ ſub
ſtantia ſua ꝓ eo largiūł. ſicut auari qui to/
to corde terrenis inhiant. omnez ſollicitu/
dinē ad ea cōuertūt. de cibo. potu. veſte. et
alijs ſolliciti. de ſalute ſꝑo nunq̄ȝ intēti. Et
ſi forte qn̄q̄ȝ de ſalute curā gerūt. illā tamē
taliter qualiter faciūt. ita vt de eis verū ſit
illud ſaluatoris. Populus h̄ me labijs ho
norat. coꝛ aūt eoꝝ longe eſt a me. Hij ſunt
qui licet ſpū incipiant. carne tn̄ cōſumātur
proinde nō in toto corde querunt. Tales
ſunt qui in miſſa ſunt deuoti ſed in veſpe/
re ebrij. et cū dant denariū pauperi lucrā/
tur in vſuris aut falſis mēſuris ponderibꝫ
et alijs iniuſtis centū modis. qui ieiunant
vigilias in aqua z pane. ſȝ cras in feſto vo
rant z inebriantł ad vomitū. Hos dn̄s de
ridens ait Joh. vij. et Hieremie. xxix. Que
retis me z nō inuenietꝫ. Sed cū queſieritꝫ
me in toto corde vr̄o inueniar a vob̄ Non
eſt ḡ diuiſo ſed integro corde querendus.
¶ De tertio ſcȝ de mō querēdi dr̄ Sap. j.
In ſimplicitate cordis querite illuȝ. Sic
docuit ſaluatoꝛ apl'os querere dicēs Ma
thei. x. Eſtote ſimplices ſicut colūbe. q̄ ſcȝ
ſunt ſine felle doloſitatꝫ z inuidie. Eſt aūt
ſimplicitas cordis bona q̄ eſt ſine duplici/
tate fictōis. h̄ eſt qn̄ nr̄a intentio et oculus
nr̄ ſolū intēdit in deū z nō in fauorē hūa/
nū aut aliq̄d lucꝝ tpale. De q̄ Math. vj. dr̄
Si ocul' tu' fuerit ſimplex totū corp' tuū
lucidū erit. Nō tractās Aug'. li. ij. de ſmo/
ne dn̄i in mōte dicit. Oculus eſt intentio.
q̄ dr̄ ſimplex qn̄ ſolū in deū dirigił. Quod
ſit cū tota ꝯgeries opm̄ luce iuſticie coꝛam
deo reſplendet.

¶ L ¶

**Dixi ſecundo** q in v̄bis pre
miſſis ꝓponit
ſaluatoꝛ immenſitatē mercedis. cum dicit
Regnū dei. Ac ſi diceret. Merito tā ſtren/
nue agere debetꝫ. q2 nō paruū dominium.
nō villā. nō opidū. nō caſtꝝ. nō terrā moꝛ/
taliū. non regnū tpale. ſed regnū dei affluē
tiſſimū delicijs. opulentiſſimum diuitijs.
excellentiſſimū honoribꝫ acq̄retis. ideo at/
tēdite immēſitatem p̄mij. z nō pigebit vos
ſubire opus meriti. q̄a iuxta Grego. Con/
ſideratio p̄mij minuet vobis vim flagelli.
Si em̄ ſeculares z vani tm̄ deſudāt ꝓ reḡ
tpali. q̄d vtiq̄ȝ eſt regnū meroꝛis. cū ſit ual
le lacrimaꝝ z tot' miſeric. regnū timorꝫ et
inſecuritatꝫ z ſꝑ turbabile. regnū vtiq̄ȝ i oī
bus defectibile. ꝓ q̄ tn̄ aīas impendūt et
coꝛpa. q̄nto magꝫ laboꝛandū eſſet ꝓ acq̄rē/
do reḡ tam affluētiſſimo. q̄d eſt regnū oīm
ſcl'oꝝ. in q̄ ſunt gl'a z diuitie in domo eius
in q̄ ſi nō liceret manere ampli' q̄ȝ vni' diei
moꝛa. ꝓpter h̄ ſolū innumerabiles anni h'
vite pleni diuitijs z delicijs recte meritoq̄ȝ
ꝯtemni deberent. vt dicit Aug'. in libro d̄
moribꝫ eccl'e. z ꝓ q̄ nō eſſꝫ indignū pati q̄d
modo triſte eſt. z q̄tidie oīa toꝛmēta pferre
etiā et ipam iehēnam puo tpe tollerare. vt
ait Chryſ. in li. de reparatōe lapſi. Ideoq̄ȝ
de regno celoꝝ q̄d iuſti poſſidebūt dr̄ q̄le
illud erit. Sap. v. Accipient regnū decoꝛꝫ
z dyadema ſpeciei de manu dn̄i. qm̄ dexte
ra ſua teget eos. z brachio ſancto ſuo de/
fēdet illos. Ecce q̄le regnū. i. q̄ vt h̄ dr̄ iuſti
dn̄abunł in honoꝛe. coꝛonabūł cū decoꝛe.
ꝯſuabūł ſub bono tutoꝛe z d̄fenſabūł ab
oīm timoꝛe. ideo merito xp̄us docuit tale
regnū petere et querere Math. vj. Pater
nr̄ zc. Adueniat regnū tuū. Ubi ſciendū
ſm̄ Robertū holgoth ſup li. Sap. cap. v.
Triplex eſt regnū. ſcȝ regnū timoꝛis. reg/
nū hoꝛroꝛis. z regnū decoꝛis. Prima duo
docuit xp̄s fugere. q2 z ipe ſol' regnū terre
nū fugit Joh. vj. Et diſcipulos fugere do/
cuit. Luc. xxij. et Mathei. xx. Reges gen/
tiū dn̄anł eoꝝ. Et ſubdit. Non ita erit iter
vos. Nec tamen per hoc credat quis terre
num regnum damnabile aut vituperabi/
le in ſe. cum ſit neceſſarium ad oꝛdinatiōeȝ
eccleſie. eo q̄ dicit Iſidoꝛus in li. de ſum/
mo bono. ca. xiiij. Sepe per regnum terre
num celeſte ꝓficit. Non ḡ deteſtandum eſt
vt damnabile. ſed fugiendum pfectis vt va
cent inquiſitioni regni celeſtis. tanq̄ȝ per/
fectiſſimo et incōparabiliter melioꝛi. Tan
tū ergo regnum decoꝛis eſt appetibile pro
pter ſe tanquam bonum vltimum. De pri
mo regno ſcilicet timoꝛis dicitur Luce vi
ceſimo primo. Surget gens contra gen/
tem et regnū aduerſus regnum. z erunt fa
mes z peſtilentie et terremotus ꝑ loca. zc.
Ecce timoꝛ. Iſtud oñdit Dioniſi' tyrāꝰ.

De q̄ dicit Boecius.iij.de ↄſol.pſa.v. Et
Macrobius de ſomno Scipionis lib.j.
ꝙ cū eū quidā btm̄ ꝛ felicē ac ꝑ oīa ſecurū
in regno ſuo eſtimaret ꝛ diceret. Ille facto
ↄuiuio locauit eū ad menſam ꝛ ſuſpendit
gladiū ſuꝑ caput ei⁹ tenuiſſimo crine. qui
ſibi mortē ſubitaneā minabaꝶ. Et cum ab
ipo quereret.cur non comederet. Rn̄dit ꝙ
nō poſſet nec auderet guſtare timore mor/
tis ſibi imminentis. Cui Dioniſi⁹ rn̄dit.
Talis eſt inq̄t beatitudo mea quā tu eſti/
mas felicē. Nūo em̄ felix eſt q̄ timere non
deſinit. Et ꝓpter hāc ſollicitudinē et timo/
rem ↄtinuū quidā gentiles fugiebant re/
giā dignitatē. Sicut narrat Ouidius q̄n/
to li. Methamorphoſeos poſt mediuꝫ.de
quodā Thippo romano triūphatore q̄ ca
rius exulauit ꝑpetuo q̄ȝ fact⁹ fuiſſet rex di/
cens. Exul agam q̄ȝ me videāt capitolia re
gem. Recitat etiā Valeri⁹ maxim⁹ de q̄daꝫ
rege electo.q̄ aſpiciēs coronā corā eo dixit.
O pannū nobilē magis q̄ȝ felicē. Quē ſi q̄s
penit⁹ cognoſcat q̄ntis ſollicitudibꝫ peri/
culis ꝛ miſerijs ſit refert⁹. nec hmōi iacen/
tē in luto tollere vellet. De ſc̄do regno hor
roris pꝫ ꝙ eſt regnū doloris ꝛ amaritudi/
nis ſempiterne. De q̄ Iob.xlj.de dyabolo
dr̄. Ipe eſt rex ſuꝑ om̄es filios ſuꝑbie. Et
vt dicit idem Iob.c.x. In terra tenebroſa
et operta mortis caligie.vbi nullus ordo.
ſed ſempitern⁹ horror inhabitat. Cui hor/
rori nihil poteſt cōparari. De tertio regno
decoris dr̄ Iſa.xxxiij. Regeꝫ in decore ſuo
videbūt ſcꝫ ſancti. Et Sap.v.dr̄. Acci/
pient regnum decoris ꝛ dyadema ſpeciei.
Maxim⁹ honor ſedere ꝑpetuo in corona
regali de auro ꝛ lapidibꝫ ꝓcioſis. Et bene
dicit.dyadema recipient. Dyadema diciꝶ
a dya quod eſt duo.ꝛ demo.i.remoueo ſeu
auffero.q̄a tūc duo a nobis remouebunꝶ.
ſcꝫ culpa et pena. Vn̄ vbi noſtra trāſlatio
dicit Suꝑ ipm refloꝛebit ſctificatio mea.
alia lr̄a hꝫ.dyadema meū. Iuxta illō Iſa.
lxij. Eris corona glīe in manu dn̄i.ꝛ dyade
ma regni in manu dei tui. Iſtō regnū ma/
gne ſecuritatꝭ eſt.q2 de⁹ dextera ſua ꝓteget
eos. Pſ. Illuc man⁹ tua deducet me.ꝛ te/
nebit me dextera tua. Hoc ē dicere.ꝙ ī ſua
om̄ipotētia ↄſeruabit eos. Manus enim
dei potentia dei eſt. Tūc ſancti erūt ſub oī
potentia dei vt etiā ſint om̄ipotentes volū
tatis ſue.ſicut de⁹ eſt om̄ipotens. Nam ſic
deus poterit quicq̄d vult ꝓpter ſeipm̄: ita
poterint illi q̄d voluerint ꝑ illū. Ita dicit
Anſelm⁹ ī ſuo libro qui dicitur ꝓſologion.
cap̄.xv. Iſtud regnū eſt inquirendū.ſed ꝑ
quid ꝑueniꝶ ad iſtud regnū. Certe nō per
aliud niſi ꝑ iuſticiā. Ideo addiꝶ. Et iuſti/
ciā eius. Iuſticia h̄ nō eſt aliud niſi vita q̄
ↄſiſtit in opibꝫ virtuoſis. De q̄ Matth.v.
Beati q̄ eſuriunt ꝛ ſitiūt iuſticiā. Et hec iu
ſticia dꝫ eſſe ꝑfecta ſcꝫ ꝑſeuerās ꝛ ↄtinuata
vſq̄ȝ ad mortē.ſi dꝫ dici iuſticia regni celo/
rū.ideo addiꝶ h̄.iuſticiā ei⁹. Hec em̄ iuſti/
cia ſola coronat in regno celoꝝ.q̄ fuerit ꝑſe
uerās in finē. Matth.x. Qui aūt ꝑſeuera/
uerit in finē h̄ ſalu⁹ erit. Apoc.ij. Eſto fide
lis vſq̄ȝ ad mortē ꝛ dabo tibi coronaꝫ vite.
Nō dicit. Qui inceperit.ſꝫ q̄ ꝑſeuerauerit.
Quia ſm̄ Bern̄.premiū incipiēti ꝓmittiꝶ.
amāti reddiꝶ.ſed ꝑſeueranti daꝶ. Qui ꝗ ta
lem iuſticiā ſequiꝶ inueniet vitā et glāꝫ.vt
dr̄ Prouer.xiij. Iuſticia cuſtodit innocen/
tis viā. Magis autē ꝓprie hūilitas dr̄ vera
ꝛ ꝑfecta iuſticia regni celoꝝ.ſicut ait ſalua/
tor Iohanni Math.iij. Sic nos opoꝛtet
implere omnē iuſticiā. Gloſa.i.hūilitatem.
Vnde ſuꝑ illud Sap̄.j. Diligite iuſticiam
q̄ iudicatis terrā. Dicit Holgoth.ꝙ h̄ do/
cet iuſticiā hominē q̄ eſt terra.tum quia d̄
terra creat⁹ eſt. Ecci.xxxiij. Om̄es homies
de ſolo ꝛ ex terra ſunt.et q2 habitāt terraꝫ
ꝛ q2 exeunt de terra ꝛ in terrā reuertuntur
Per q̄d repꝛimiꝶ coꝝ ſuꝑbia. Certe beati
q̄ faciunt talē iuſticiā ꝛ iudiciū in om̄i tp̄e.
vt dicit Pſ. Cognoſcētes ſe ſcꝫ humiles.
infirmos.debiles.ꝛ defectuoſos corā deo
Nam ꝑ talem viam ipi querūt regnū celo/
rum.

Dixi tertio ꝙ in verbis ꝓmiſ/
ſis ſubiūgit ſalua/
tor copioſitateꝫ ſubſidij tp̄alis.cum dicit.
Hec oīa adijcienꝶ vobis. Ac ſi diceret. Et
q̄ oīa creata ſunt ꝓpter regnū celoꝝ ↄſequē
dū tanq̄ȝ ꝓpter finē. Igiꝶ querite ꝓmū finē
ꝛ oīa inſtrumēta ꝛ neceſſaria ad eū adijciē/
tur vob̄ tanq̄ȝ minora. Sic em̄ ꝑcipiēs ti/
bi facere domum. neceſſe eſt tibi ꝓuidere
de inſtrumētis et impēſis ꝛ ſumptibꝫ.ſine
q̄bꝫ nō poſſes ꝑficere domū. Vel q̄ dirige
ret te romā.neceſſario dꝫ cogitare de ſum
ptibꝫ q̄bꝫ illuc peruenias. Sic de⁹ cū q̄ nos
creauit ꝓpter regnū celoꝝ.neceſſario nobis
debet cogitare de neceſſarijs.vite.ſine q̄bꝫ

ſubſiſtere nō poſſum⁹. Ideo dicit. omnia
adijcient᷑ vobis. Ac ſi em̄ diceret. Labora
te pro regno celoꝝ. et ego de neceſſarijs ꝓ
uidebo ſicut pius paterfamilias. ſicut bo/
nus dn̄s q̄ portat panē ad meſſem meſſo/
rib9 ſuis. De q̄ Pſalmiſta pſalmo. xxxj. In
quirētes aūt dn̄m nō minuent᷑ omī bono
Et ꝓmittit᷑. diuites eguerūt ⁊ eſurierūt. i.
auari ſm̄ Innocen̄. Semꝑ em̄ auar⁹ eget
ideo q̄a ſecū nihil affert cū dormierit Job
xxvij. Diues aūt cū dormierit nihil ſecum
affert. aperiet oclos ſuos ⁊ nihil inueniet.
Apprehendet eū q̄ſi aqua inopia. Item ſm̄
ipm̄. eguerūt bonis ſpūalib9. Luce. j. Diui
tes dimiſit inanes. Alia l̄ra h3. leones egu
erūt. i. ꝓncipes et plati raptores. Prouerb.
xxviij. Leo rugiēs ⁊ vrſus eſuriēs ꝓnceps
impius ſuꝑ pplm̄ pauperē. Michee. vj. Di
uites eius repleti ſunt iniq̄tate. Et ſic ſm̄
Innocen̄. Eguerūt ſpūalib9 ⁊ eſurierūt tē
poralia. Inquirētes aūt dn̄m nō minuen
tur omī bono. Horāter dicit. Inquirētes
id eſt int⁹ q̄rētes. ſc3 in ſecreto ꝯſcie. ſm̄
Innocen̄. q̄rtū. nō minuent᷑ omī bono. id
eſt nō habebūt minus q̄ȝ omē bonū. ſc3 q̄ȝ
deū q̄ eſt oīa ī omib9. j. Cor. xv. Eccl. xxxij.
Qui ꝯfidit in dn̄o nō minorat⁹ erit. Ergo
ſm̄ eū ecōtrario illi q̄ q̄rūt eū tm̄ extra.
id eſt. q̄ vident᷑ eū querere ꝑ exteriora opa
q̄ faciunt. et tn̄ interius querūt q̄d cupiūt.
nō ipm̄ ſed vanā gl'a3 ⁊ emolimentū t̄pale.
Iſti minuent᷑ omī bono. q̄a illud omē bo/
nū q̄d eſt de⁹ nō querūt ſed min⁹ bonū. q̄d
eſt t̄pale q̄d eſt minimū. vel q̄d eſt nullū bo
nū. et ſic h̄ recipiūt. illud aūt nō habebunt
Unde Math. v. dr̄. Attēdite ne iuſticiam
veſtrā faciatis corā hominib9 vt videami
ab eis. alioq̄n mercedē nō habebit᷑. Prop
ter q̄d ſtatim Pſalmiſta querit ibidē. Quis
eſt homo q̄ vult vitā. ſc3 nō p̄ſentem q̄ poti
us mors eſt. Vn̄ canimus Media vita in
morte ſum⁹. q. d. pauci ſunt q̄ recte velint.
Volunt bene hr̄e ſed nō laborare. volunt
conſequi ſed non ſequi. Prouer. xiij. Vult
et nō vult piger. Ex q̄b9 patz q̄ quicq̄d pre
ter deū homo querit. querit ꝓncipaliter il/
lud q̄d eſt minimū aut nulluz. Patet. quia
temꝑalia ſunt minima reſpectu eternoꝝ
cū finiti ad infinitū nulla ſit ꝓporcio. ꝓmo
celi et mūdi. Hinc eſt q̄ ꝓpheta vnam ſolā
vitā beatā requirēs ait. Unam pecij a do/
mino ⁊c. ps. xxvj. Quod exponit Innocē.
q̄rt⁹. ſc3 vitā eternā. et nō ponit ſubſtantiū
nec determinat quā vna3 rem pecijt. Et h̄
facit ad innuendū q̄ illud eſt omē bonum
Et oſtendens q̄d ſit illud bonum. ſubdit.
Ut inhabitem in domo dn̄i. omib9 dieb9
vite mee. Ecce regnū celoꝝ in eterna bea/
titudine. Et ſequitur. Ut videam volūta/
tem dn̄i. i. videns faciē eius in ea legam vo
luntate3 dn̄i. Hieronim⁹ ſic exponit. vt vi/
deam pulcritudinē eius. et viſitē templu3
eius. id eſt. eccleſiā triumphantē. Ubi ſm̄
Pſalmiſtā Omnes in templo eius dicent
gloriam. Et poſt multa ſubdit. Tibi dixit
cor meū. exquiſiuit te facies mea. id eſt. vo/
luntas interior et exterior operatio. Et no
tanter dicit Exquiſiuit. id eſt. extra omnia
alia queſiuit. faciem tuā dn̄e requirā. ſcil3
perſeueranter ardenter et ſapienter requi
ram te. donec te videam facie ad faciem. j.
Cor. xiij. Ps. Oſtende faciē tuā ⁊ ſalui eri/
mus. Ex quib9 omnib9 infero q̄ querens
alia principaliter a deo p̄ter regnum celo/
rum decipitur in iudicio rationis. Patet
iſtō. quia vt ſic talis male iudicat et diſcer/
nit. ſicut puer vel ebrius qui minimu3 bo/
num preponit maximo.

Pro quo ſciendū q̄ ſm̄ Robertum hol
goth ſuꝑ libru3 Sapientie. iiij. cap. Circa
bonorū apprehenſionē iudiciū mūdanoꝝ
decipitur hoc modo. Cum enim ſint tria
bona. ſcil3 nature gratie et fortune. Bona
fortune ſūt minima. Bona nature ſūt me/
dia. Bona gratie ſunt maxima. ſm̄ Augu/
ſtinum intelligendo prout ordinant᷑ in bo
na gl'e. et tn̄ mundani nō ſic iudicant ſ3 po
tius ecōuerſo. Sicut patet de diuite Lu/
ce. xij. Qui dixit anime ſue. Anima mea ha
bes multa bona. repoſita in annos pluri/
mos. Comede. bibe ⁊c. Sed ſtatim audi/
uit. Stulte hac nocte demones repetent
animā tuā a te. Ecce deceptio. Cauſa vero
iſtius deceptionis quare temporalia iudi/
cantur magna. ⁊ pro eis plus laboramus
q̄ȝ pro eternis eſt iſta. quia ſicut baculus ī
aqua ſtans apparet fractus cum tamen ſit
rectus. Et hoc ꝓpter duplex mediū ꝑ quod
videtur. ſc3 per aerem et aquā. quod ē me/
dium groſſius et denſius. Similiter de/
narius ī aqua apparet maior q̄ȝ ſit. propter
mediū denſius. Iſto modo bona corpora
lia. quia ſunt in medio denſiori et groſſiori
et quaſi palpabilia a nobis bene ſentiunt᷑

et querunt. quia maxime mouent delecta/
tionē ſenſualē. ideo videntur nobis groſſi
ora. Celeſtia vero bona multū diſtant. et
ſic non mouent ſenſuz. ꝓpter quod nō que/
runtur ab homine. Sed contra ſic dece/
ptos arguit Seneca Epiſtola. xiij. Dua/
bus rationibus. Primo ſic. Si iſta eſſent
bona ſimpliciter puta corporalia. ſicut ho/
mini apparent. tunc homo eſſet felicior deo
quia homo iſtis vtitur. et deus non. q̄ non
epulatur. opes non querit. et ſic de alijs.
Sed impoſſibile eſt deo abeſſe aliq̄d bo/
ni. ergo iſta bona non ſunt. Secunda ra/
tio quia animalia bruta magis iſtis vtun/
tur q̄ȝ homines. ergo feliciora ſunt q̄ȝ ho/
mines. qꝛ bruta auidius vtuntur cibo. Ex
quibus concludit Seneca Epiſtola. xiij.
Q felicitas hominis viatoris eſt perfecta
ratio conſūmata virtutibus. quia hoc eſt
ſolū propriū bonū hominis. cetera illi cū
animalibus cōmunia ſunt. quia ſi homo ē
fortis et leo eſt fortis. Si pulcer et pauo/
nes formoſi ſunt. Si velox. equi velocio/
res ſunt. Patet ergo ꝙ nullus ſapiens et
preſertim chriſtianus pro iſtis caducis et
corporalibus bonis principaliter debȝ la
borare. que ſunt cōmunia etiā beſtijs. at/
tendens preſertim quia iſta dātur beſtijs.
vt dicit ſaluator in euangelio de volatilibꝫ
Que tamē de hoc nihil cogitant. Multo
fortius dabuntur homini. quia ad maio/
ra natus eſt. Querat ergo illa bona ſcilicȝ
ſempiterna propter que creatus eſt. et om
nia adijcientur ſibi. ſcȝ temporalia. Iuxta
illud. Nunq̄ȝ vidi iuſtum derelictū. neq̄ȝ ſe
men eius querens panem. Pſalmo. xxxvj.
Ubi dicit Innocencius quartus. Nunq̄ȝ
vidi iuſtū derelictū. a domino finaliter. nec
ſemen eius. id eſt. imitatores eius. querēs
panē. id eſt. nimis indigens pane. Quia
dicit Auguſtinus. Paſcet contemnentē ſe
ſcȝ peccatorē. et deſeret timentē ſe. Quaſi
di. Non. Sed diceres. Tamen multos
iuſtos videmus egentes. Sicut dicit apo
ſtolus etiā de multis ſanctis. Qui per fidē
vicerunt regna. Qui tn̄ erant egentes in
vite neceſſarijs. quo ad victum. et ſic erant
anguſtiati cura animi. prout exponit Glo/
ſa Hebreoꝝ. xi. Ad quod dicendū ſcd̄m
Auguſtinū. ꝙ hoc eſt ex occulto iudicio dī.
qui tales aliquando permittit ad tempus
egere. Unde dicit Auguſtinus. Scit cele/
ſtis medicus quid vobis datur⁹ ſit ad con
ſolationē. et quid ſubtracturus ſit ad exer
citationē. Non enī homo ſine cauſa iumē/
to ſuo cibaria ſubtrahit. Aliter expōit In/
nocencius hoc verbū. quia nūq̄ȝ vidi iu/
ſtum derelictū. nec ſemen eius querēs pa/
nem. id eſt. principaliter intendens corpo/
ralibus. quia ſi hoc facit aliquis. nec eſt iu
ſtus. nec ſemen iuſti. Luce. xij. Nolite inq̄/
rere quid manducetis. aut quid bibatis.
Nos igitur fratres queramus puro cor/
de dominū. et certi ſimus quia oīa ſecū
nob donabūt tēpalia. In ipo enī ſunt oia
ꝛ ipe eſt oībꝫ oia. Queramus ergo regnū
dei principaliter. propter quod facti ſum⁹
et oīa adijcientur nobis. Qui enim dat
omnibꝫ bonū vinum. non negabit aquam
Et qui dat tibi regnū. non negabit equo
tuo pabulū. Et qui dat oībꝫ affluenter ꝛ
non improperat. q̄uo non dabit ſpeciali/
ter diligentibꝫ ſe. qui enī large dat inimicis
quomodo non dabit amicis. certe multo
plus. Cum dicat ſaluator. Beati qui eſu/
riunt et ſitiunt iuſticiā. quoniā ipi ſatura/
buntur. Ad quam ſaturitatem nos perdu
cat dominus noſter ihs xps. Amen.

## Dn̄ica decimaſexta poſt trinitatis. I

## Sermo. CXIIII

Ecce defunctus ef
ferebatur. Luce. vij. Quoniā vt
ait beatus Gregorius. xvj. libro
Moral. Nihil ſic ad edomandū deſideri/
orum carnaliū appetitū valet q̄ntū vt vnuſ
quiſq̄ȝ hoc quod nimium diligit quale ſit
mortuū penſet. Hec ille. Sciens igitur ec
cleſia quia inſtarent tempora periculoſa i
quibꝫ homines erunt ſeipſos amātes. ſcilȝ
carnaliter. vt dicit apoſtolus. Igitur ad re
frenandū iſtum illicitū amorē inducit no
bis mortis memoriā. recolens mortē cu/
iuſdam adoleſcētis qui morte preoccupa/
tus fuit in etate iuuenili. Volens per hoc
nos inſtruere vt non reſoluamur in deli/
cijs. et maxime hoc tempore autūnali. ne
morte inſperata et ſubita in etate qua non
ſperam⁹ preoccupemur. Sicut dicit Se/
neca Epiſtola. xxvij. Quorūdā vitā mors
in medio flore precidit. aliorū interrūpit
ipa principia. Propter quod mors eſt no/